UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Breuiloquium

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

non ineptum dicerent hieroglyphicum. Pomum enim nullum aliud fugacius, longiſſimaque decerpto bidui mora ſit, cogatque ſe quamprimum venundari. *Pier. Val. lib. 54. p. 526.*

¶ APOLOGI SEV FABVLAE.

Grus & pauo.

Pauo contra gruem aſſiſtens, explicatis pennis ſuis: Quanta eſt, inquit, formoſitas mea, & deformitas tua! At grus ſubuolans: Quanta eſt, inquit, leuitas mea & tua tarditas.

Monet fabula, non eſſe ob aliquod bonum naturale ſuperbiendum, neque contemnendum alterum cui fortaſſe multo maiora collata ſunt. *Ioach. Camer. l. fab. p. 208.*

Origo Murorum.

Ea tempeſtate, qua dii & homines vna promiſcueque in terris vixere, vt tradit Heſiodus, humanum genus defenſum & tutum ope præſidioque deorum, neque intra mœnia ſeſe includebat, neque aliam protectionem quærebat. Pulſis diis hominum ſcelere, muris & foſſis hi circumdati, nunquam tamen muniti ſatis eſſe potuere. Ita quantum boni à præſentibus diis accepiſſent recordati, mœnia ſancta de memoria deorum & nominarunt & haberi voluerunt, ac ritus inſuper ceremoniaſque varias cultus diuini inſtituerunt: non tamen ita placatos reddere potuerunt, vt tam benignis vterentur quam antea vſi fuiſſent.

Fabula docet, quod ſine impenſa interdum bonum obtineatur, id amiſſum nullarum rerum impendio recuperari poſſe. *Ioach. Camer. lib. Fab. p. 283.*

¶ SCRIPTORES.

Aduerſus illos qui affirmant eorum Bonorum, quæ in altera vita expectamus, fruitionem, non niſi in cibo, ac potu fore: idque propterea, quod ſacris in literis proditum, initio mundi hominem rebus iisdem in paradiſo vitam ſuſtentaſſe, *leg. Greg. Nyſſ. de opific. hominis, c. 19. p. 197.*

Vide tit. Malitia, Virtus, Probitas, Vir bonus.

Breuiloquium. Breuitas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

BReuiloquium, Græce βραχυλογία, ας, ἡ, & βραχυλόγος, ὁ, ἡ, breuiloquens. Et oppoſitum eſt multiloquio.

Breuitas, quæ Græce βραχύτης, ητος, ἡ & βραχὺς έος, ὁ, breuis. Eſt autem breue proprie, quod longo opponitur. Hebraic. *Kotſer*, breuitas à verbo *Katſar*, decurtauit, abbreuiauit, demeſſuit cultro ſeu falce, abſcidit. Hinc ξυρέω abſcindo, ξυρὶς gladiolus quo aliquid abſcinditur, ξυρὸς nouacula.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Horat. de arte Poetica.

Quicquid præcipies, eſto breuis, vt cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

Terent. in And.

Quin tu vno verbo dic, quid eſt quod me velis?

Auſonius in Paulino.

Et ſi enim comis breuitas: ſic fama renatum
Pythagoram docuiſſe refert, cùm multa loquaces
Ambiguis ſererent verbis: contra omnia ſolum
Eſt, reſpondebat, vel non: ô certa loquendi
Regula. Nam breuius nihil eſt nec plenius iſtis,
Quæ firmata probant aut infirmata reclinant.

Ibidem.

Nemo ſilens placuit, multi breuitate loquendi.

Horat. de Art. poet.

Decipimur ſpecie recti: breuis eſſe laboro,
Obſcurus fio. ſectantem leuia nerui
Deficiunt, animiq; profeſſus grandia turget.

Mich. Verinus.

Noſtra leges quiſquis fueris breuitatis amator,
Inuenies lepidos, ſed ſine felle iocos.

Euripides.

O pueri, iſtud ſapientis eſt viri paucis
Plurima poſſe verba bene complecti.

Menander.

Impudentes ſermones hoc ſolo iuuantur,
Si fiant breues & oportune proferantur.
Orationi breui multum ineſt ſapientiæ.

Martial. 2.

Non ſunt longa quibus nihil eſt, quod demere poſſis.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

In omni negotio nihil adeo proſpicere debes quam vt tutum ſecurumq; ſit, quod agis. Eſt autem tutius tacere, quam loqui Cæterũ iis dicendis quæ mente & ratione carent, ſuperſedebis. Abſit quoq; nimietas in dicendo: & propriorum facinorum aut periculorum cõmemoratio. Non enim ſimiliter, vt ibi mentionem de tuis periculis facere, ſic & aliis, quæ tibi contigerunt, audire iucundum eſt. *Epictetus.*

Ne multis verbis pauca comprehendas; ſed paucis … *ſerm. 33.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Pædaretus Lacon, vir bonus, cum in numerum trecen… eſſet electus, abiit, fronte ſerena, Diis agẽs gratias hunc … Gratias habeo vobis dii, quod tot homines meliores … tati dediſtis. *Bruſ. l. 1. c. 18. ex Plut.*

Iamblichus, cum demum hominem bonum exiſtim… tabat, qui perfectiſſimam actionem iuxta mentem … conſeruat, & participationem intelligibilis pulchritu… ac eſſentiæ potentiæque Dei particeps eſt. *Stob. ſerm.* …

Apollonius Tyanæus, quum in iudicium ad Domitian… ceretur, apud quem accuſatus fuerat, nec eſſet facilis … elapſus: tantum vir bonus virtuti confidebat, vt cum … ſet, Quo duceret? Ac dicente illo, Ad iudicium: Contra … iecit) dicturus ſum? *Bruſ. l. 1. c. 18.*

Zeno Citticus, ad quendam dicentem, breues eſſe philo… ſententias: Vera prædicas, inquit, oportet enim & ſyllabas … fieri poſſit eſſe breues. Veritas multis verbis non eget: … nemus paucis verbis comprehenſa. *Laert. l. 1. c. 1.*

Epictetus. Philoſophiæ ſummam Epictetus duobus … prehendere ſolitus eſt: ἀνέχου καὶ ἀπέχου: id eſt, ſuſtine & … rum prius admonet, vt mala quæ incurrunt æquo … mus: poſterius, vt à voluptatibus temperemus. Ita enim … aduerſis deiiciamur, nec proſperis corrumpamus. … *cap. 19.*

Plato Antiſthenem, qui diſſerendo fuerat prolixior, … ignoras quod orationis modus ſit, non penes dicentem … audientem. *Laert. l. 3.*

Iſæus. Pythonis proditoris accuſationem Iſæus … dictis abſoluit: Coarguam Pythonem, inquit, proditionis … Deo reddito, populo qui vinxit, Philippo qui dimiſit. … Deus pronuntiaſſet oraculo niſi talis eſſet: nec popul… niſi talis fuiſſet: neque rex abiiſſet, niſi eum cuius … non reperiſſet, aut rex è caſtris illum non dimiſiſſet. … *phiſtis.*

Phocion in concione ſedens ſeorſim, acceſſit quidam … Videris cogitabundus, ô Phocion: Recte quidem conie… dit: Cogito enim, ſi quid queam detrahere his quæ … apud Athenienſ. Alii ſolliciti ſunt, vt quam plurima … deantur eloquentes eſſe, atque diſerti. Illi diuerſa erat … rum vt quæ ad rem faciebant, verbis quam pauciſſimis … retur. *Plut. in apoph.*

Demoſthenes, de Phocione, quoties in concione … ſurgeret ad amicos proximos dicere ſolebat, rationem … curim ſurgere. Nam Phocion erat in dicendo breuis, ſed … lebat autem fere à Demoſthene diſſentire. *Plutarch. in* … *nes.*

Apollodorus, dicebat optimos homines in dicendo … eſſe: linguaces autem, ſi tantum moleſtiæ caperent, quan… afficiunt, haud ſane longos ſermones habituros eſſe. *Stob.* …

Epaminondas, in Spartanos, qui multa magnaque … banis obiiciebant: Hi nimirum fecerunt, inquit, vt breu… vti deſtiteritis. Solebant Lacedæmonii de breuiloquentia … ſed à Thebanis multis affecti calamitatibus, multa … ſunt, de illis conquerentes. *Plut. in apoph.*

Archidamus cum irrupiſſet in Arcadiam audito quod … Elei ferrent auxilium, ſcripſit illis in hunc modum: … Eleis, Quies bona. Non potuit breuius & ſuadere, quod … commodum: & minari malum, ſi quid perperam aggred… Decet hæc breuiloquentia & ducem, & Laconem. *Plut.*

Cleomenes, pirata quidam cum prædam per Lacedæmon… regionem feciſſet, captus, & interrogatus cur id feciſſet? … ait, deerat mihi vnde viuerem, & aliis quoque darem, … coactus ſum: qui haberent: quæ nec ſponte dabant, … Cui Cleomenes ait: Compendioſa tibi ineſt malitia. … deteſtabatur hominis improbitatem, & laudabat expedi… tionis breuitatem. *Plut. in Laert.*

Leo Eurycratidis F. cuidam de rebus haudquaquam … intempeſtiuè loquenti. O hoſpes, inquit, re opportuna non … tune vteris. Nihil oratione melius, ſi parce promas lingua… rum. *Plut. in Lacon.*

Lycurgus, interroganti, quamobrẽ Lacedæmonii breuiloq… vſurparent? Quoniam ſilentio eſt finitimum, inquit. … *Anton. in Meliſſa parte 1. ſerm. 71 Max. ſerm. 2*…

Lacedæmonij factis magis quam eloquentia pollerunt … breuiloquentia λακωνισμὸς, id eſt, Lacedæmoniorum ſeu Spar… rum ſermo, dicta eſt: quod Lacones ſeu Lacedæmonii … gmatis præcipue valerent. Horum autem lepos in eo … ſiſtit, vt pauciſſimis verbis plurimum ſententiæ compl… Cuiuſmodi ſunt illa αἴκα, id eſt. Sic, reſponſum prolixæ … gati: & οὐκ, id eſt, non, totam occupans epiſtolam & … id eſt, aut ſuper hunc. *Eraſm. in adag.* Plut. in apoph. … *extant breuiloquentiæ Laconicæ exempla, ad ſuos locos* … *pere relata.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...] *Cæſar*, quum in bello ciuili Pharnacem primo congreſſu vi[...] Laconica breuitate ad ſuos ſcripſit: Veni, vidi, vici. *Plutar. in apoph.*

Auguſtus Cæſ. in Sicilia pro Theodoro Arium præfectum inſti[...] cum Cæſari quidam libellum porrexiſſet, in quo ſcriptum erat, Caluus Theodorus Tarſenſis fur eſt, quid tibi videtur? lecto [...] nihil aliud ſubſcripſit quam, videtur. *Plut. in apoph.*

¶ SIMILITVDINES.

Chryſoſtomus. Imo potius iam ſilendum eſt, quod neceſſe ſit in immenſum hiſtoriarum pelagus orationem ſoluere. Qui vero per tale mare fortiter facturi, neceſſe eſt non fatigatis, ſed integris remigibus iter capeſſant. Nam hanc ob cauſam paſſim per mare portus inſulæque poſitæ ſunt, vt & gubernator, & vector refocillentur, hic quidem remo depoſito, ille vero exurgens à clauo. His de cauſis diuerſoria & cauponæ vbique per vias excogitatæ ſunt, vt iumenta ſimul cum viatoribus à labore recreentur. Eoque & doctrinæ ſermoni ſilentii tempus præfinitum eſt, vt neq; nos ipſos deteramus verborum multitudine, neque nos delaſſemus. *Hom. 3. in Eſaiam.*

Plutarch. Sicut matres faciunt, quando in gremium pueri poma, vel ſecundarum menſarum tale aliquid mittunt, ſinus eius vndique zona conſtringunt, & ſecuros faciunt: Ita & nos faciamus ſermonem prolixiorem in arctum contrahentes, & in memoriæ promptuario deponentes. *In ſerm. 1. in Oziam.*

Celeberrita ferrum temperant ac durant, vt infoſſo in terram quod eſt terreum, auferatur, ac repurgetur: Sic Laconicus ſermo [...] ſuperuacui fit penetrantior. *In Moral.*

Theuer. Congeſtas cumulatim merces nunquam ſimul diſpi[...] ſed ſemper reliquum eſt quod admireris: Ita in iis qui multam [...]rum ſupellectilem in vnum breuiter contrahunt, ſemper re[...] quod intelligas. *in apoph.*

¶ ADAGIA.

[...] breuitas, χάρις [...] ὀπηδεῖ.

Quædam mole placent ac magnitudine. Sunt, quæ ob id grata [...] minuta: Veluti gemmæ quædam ac ſculpturæ. Idem vſu [...] in epiſtolis ac libris, qui non raro ipſa breuitate redduntur [com]mendatiores, præſertim apud faſtidioſos & occupatos.

[...]

[M.] Tullius epiſt. ad Atticum l. 5. ἐν ἐπιτομῇ *dixit, pro eo, quod erat [...], ſummatim & compendio reciſis iis, quæ minus ad rem [...].*

Laconiſmus. Λακωνισμός.

Laconiſmum veluti prouerbio breuiloquentiam vocant, pro eo [...] paucis & compendio dicere.

Tribus bolis.

Plautus in Curcu. Tribus bolis dixit, pro compendio, quaſi tribus [ver]bis. Mit dreyen Worten

Pauloquus, ſed eruditus. *Homer.*

[...] qui pauca quidem, ſed tamen auditu digna loquitur, con[gru]et illud ex lib. 3. Iliad. Menelao breuiloquo:

Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως.
Ἐπεὶ οὐ πολύμυθος — Id eſt.
Non is multa quidem, verum argutiſsima: quippe
Pauciloquus.

Minore finire pomœrio.

Prouerbij rationem ſapiunt huiuſmodi ferme Metaphoræ: Finire [...]. Præſtituere metam. Circumſcribere cancellis, & ſi quæ ſunt [ſimi]les.

Numero dicis.

Plautus in Caſina. dixit pro eo quod eſt facile & compendio: [...] pro cito ac celeriter. Idem in Amphitryone: Numero mi[hi] [v]enit in mentem.

Vno faſce complecti.

Apud Plinium, pro eo quo eſt: eadem opera & coniunctim agere, [non] ſeparatim.

Tribus verbis.

Tribus verbis, pro pauciſsimis dicere prouerbiale eſt. mit dreyen Worten.

Contemnentis dicterium.

[...] quando ſignificabimus, nos ſommate, ſeu contumelia leuiter [com]moueri nec altius in animum demittere, congruet illud ex Iliad

Οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ πάγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθεν
Εἰρύσατο ζωστήρ τε παναίολος, ἠδ' ὑπένερθεν
Ζῶμά τε καὶ μίτρη, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες. id eſt:

At miſſum non tranſiit ad vitalia telum:
Sed ſumma in cute baltheus arcuit, impoſitaq;
Laminea ſquama quas huic faber addidit ære.

In clamoſos.

Ingentem inter litigandum aut diſputandum vociferationem indicabimus eo verſiculo, quem de Neptuno ſcripſit Homerus:

ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι
Ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος.
Id eſt.
Tantum vociferans, quantum nouies deciesue
Mille viri clamare ſolent, qui prælia miſcent.

Idem carmen habetur Iliad. ε. de Marte.

Iubentis aperte loqui.

Si quem admonebimus vt proferat doloris aut odij cauſas, neque celet in animo: non illepide dixerimus illud ex primo Iliados lib.

Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ· ἵνα εἴδομεν ἄμφω.
Id eſt:
Eloquitor, nec celato: quo norimus ambo.

Abſit clamor in colloquio aut luſu.

Qui iubebit, in conuiuio colloquioue temperari à vociferatione, accommodabit illud Homericum:

Νῦν μὲν δαινύμενοι τερπώμεθα μηδὲ βοητὺς
Ἔστω.
Id eſt:
Nunc hilares cœnemus, & omnis clamor abeſto,

Qui obticeſcit.

In eum qui metu attonitus aut ſtupefactus admiratione tacet, aut cui non eſt quod reſpondeat, quadrabit illud ex Iliad. ρ.

Δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε.
Id eſt:
Illum corripuit ſtupor atq; infantia linguæ.

Lupus in fabula.

Quoties præter expectationem interuenit is, de quo fuerat mẽtio.
Wo man des Wolffs gedenckt/ ſo iſt er nit weit von dannen.
Wo man des Teuffels gedenckt/ da will er bald ſein.
Qui parle du loup, en void la queue. *Huc referatur ex Iliad. κ.*

Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ' ἤλυθον αὐτοί.
Iamq; aderant ipſi, nondum ſermone peracto.

Aperte ſimpliciterque loqui.

Simpliciter & aperte dicturos nos citraque ambages, ſignificabimus hoc carmine.

Οὐκ ἂν ἔγωγε,
Ἀλλὰ παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, οὐδ' ἀπατήσω.
Id eſt,
Non fucis te diſsimulans decepero fictis.

Feſtiuus ſermo.

Vbi quis in conuiuio ſermonem inducit admodum hilarem ac feſtiuum, qui diſcutiat omnem triſtitiam, conuenit illud ex eodem libro, quod Homerus finxit de Helena, pharmacum immittente in conuiuarum cyathos, quod omnium anteactorum induceret obliuionem.

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον
Νηπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν τ' ἐπίληθον ἁπάντων.
Id eſt.
In vinum immiſit mox pharmacon. Vnde biberunt
Luctusq; bilisq; maliq; obliuia cuncti.

¶ HISTORICA EXEMPLA.

Λακωνισμὸς, veluti prouerbio breuiloquentiam vocant, ſiue quod Lacedæmonii factis magis, quam eloquentia præcelluerunt: ſiue quod in Apophthegmatis præcipue valuerunt. Horum autem præcipua gratia, vt pauciſſimus verbis plurimum ſententiæ complectantur. *Eraſ. in Adagijs.*

Homerus Menelao ceu Lacedæmonio argutam breuiloquentiam affingit: παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, id eſt: Pauca quidem, verum plane argutiſſima.

Laertius, ex auctoritate Ariſtagoræ Mileſii refert: Chiloni vni è ſeptem peculiarem fuiſſe breuiloquentiam: vnde genus hoc dicendi Chilonium appellat.

Interpres Pindari breuiloquentiam tribuit quoque Argiuis, citans illud ex Vlyſſe furente Sophoclis, μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνει βραχύς, id eſt, Argiua paucis multa fert oratio.

De Pythagoræ breuiloquentia hæc refert *Auſonius epiſt. 12. Ad Paulinum.*

Eſt etenim comis breuitas: ſic fama renatum
Pythagoram docuiſſe refert, &c.
Nemo ſilens placuit, multi breuitate loquendi.

FINIS LIBRI SECVNDI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN